cunfero familia meæ vulnera: tamen pro meæ fidei modo subinde memet erigo, mihi instо, meipsum ex stimulo, defixis in cœlum oculis unde robur et solatium exspecto. Quod nisi id esset factum, dedissem me angoribus, quibus non debilitatus modo (ut nunc quidem) sed plane absumptus essem. proinde illud fuit misericordiæ Christi, quod quum me in graues luctus vocasset: quantum per prosopopœiæ fieri potuit, ab atrocibus malis meam cogitationem auerti, et conuersus ad percutientem, meipsum eius clementiæ meaq; dulcissima viscera sacrificauj. Interea cumulatè sæpe recurrunt dolores et suspiria, quorum obluisci non possum. Reluctor tamen sedulo ut possim superesse vocationi nunc præsertim quum sentio meum hoc qualecunq; ministerium haud procul à meta abesse. Mi Domine et frater dilecte qui non ignorus animi mei dejectionem, et simul mihi conscius es infirmitatum vitæ superioris, velis obsecro in tuis precibus etiam mei memor esse, propter vetus hospitium quod mihi Bremæ tecum fuit non tam diuturnum quam iucundum & salutare. cuius recordatione nunc quoq; in magnis angustijs non mediocriter me consolor. Neq; unquam desinam confiteri tum apud DEVM tũ apud homines maximis me tibi beneficijs perpetuo deuinctum esse. Vale. Nam scio tot curis et laboribus te esse distentum: ut nefas sit prolixè distrahere tuum animum scholastica loquacitate. Nec postulo Reuerende Doctor, ut meis ineptijs quidquam respondeas, satis est si hoc assequor ut intelligas ex tuis immortalibus erga profligatam Ecclesiam officijs meo erga te amori, studio, observantiæ (quod fieri posse nunquam putaram) magnum cumulum accessisse. Rursum vale tum meo tum Francisci nostri nomine qui obnixè cupiebat cum scribenti interuenisset, tuæ pietati cõmendari. DEVS clarissimam Coniugem tuam laboris tui vitaq; columen prosperet diuq; seruet. Amen. Idibus Januarij. 1568. Bremæ.

Johannes Molang.

M. Georgio Sylvano Pax Christi.

Nr. 184) Bremensia T. II. f. 600 [=Asc. 1. 12. Nr. 134]

Venerande frater Georgi Siluane' vegnouj iam pridem multorũ fraterũ testimonio q̃ fidelem operam impendens Patriæ nostræ in amplificanda iustitia regni DEI & Domini nostri Jesu Christi. Hæc una mihi satis vehemẽs causa est ut te sincerè diligam et ardenti benevolentia complectar. Cuum enim oẽs in quibus aliquid est DEI diligere debemus, tum eos in primis, quos DEVS segregauit ad procurandam multorum salutem quæ est gloria ipsa. Sane nihil est optabilius, nihil dulcius, quam cum eiusmodi viris DEI zelo inflammatis vel toto ævo consumi. Nihil sunt cætera vitæ commoda si cum arcano illo fraternæ societatis solatio comparentur. Quo quidem ego quia domi iam fere destituor subducta Coniuge carissima simul & pijssima, tum etiam sublatis è medio tribus idoneis Ministris quorum fide & diligentia doctrinæ puritas utcunq; retinebatur: subinde foras prospecto, et literis et qua possum animi contentione memet adiungo eorum congressibus qui ex sinceritate Dominum diligunt, et colunt. Interea exercitia sanæ doctrinæ et legitimæ vocationis quæ mihi Magistratus in scholis liberæ esse voluit, per gratiam DEI sic augemus quotidie, ut nulla mihi sit iusta causa vocationis deserendæ. Sit igitur mutua inter nos charitas quam communis fidei vinculo copulatam tantisper epistolis tanquam absentium sermone cõfoueamus, donec res ipsa ferat ut etiam dextras iungamus mutuoq; conspectu fruamur. Siquidem cuius pietas iamdudum mihi commendata erat, non quisq; exorare ut dieculam unam Bremæ commoraretur. Nisi [illegible] facilè reperiri fastidiuit res nostras quæ neq; splendoris quidquam habent, neq; tantum quantum nostratia ingenia reprimit integritatis. Sic sunt Ecclesiæ Saxonicæ, malunt etiam nunc in cæremonijs non minimum sceris papisticæ, quod à peregrinis lingua potest oppugnari, manu non potest. Et sunt in his, quæ tolerari sit satius, quam nequicquam exaspirari. Placitq; umbra et imaginibus repurgata religionis utuntur, has ipsas utinam studiosè persequerentur. Alij suspirant nobiscum et graviter quærunter: sed apud nouercam (quod est in prouerbio) frangi possunt quæ in prauum induruerunt, at corrigi non possunt. Cuiby ergo liberum est ad cœtus pueriles sese adiungere, non immerito nos nostraq; contemnunt. Nos quibus id aliter accidit Gratias agimus Deo quod hic quoq; habemus et præsentia ipsius et paterna erga nos benevolentiæ testimonia. Suggillarant me mei patriotæ iam pridem, ut æquissimè. quod videns melora, inter Saxones consenescam. Non eluam verbis meas maculas, agnoscam eas potius & deflebo. Ante annos 15. patria relicta, contendi Emdam quæsturus locum in Schola. qui quum mihi nullus ibi esset: suasit M. Petro Memmanno Cons. ut ad Doct. Albertum me conferrem, feci. is mannum iniecit, et me in hoc Bremense Scholæ pistrinum præceptum dedit, quo tempore vix' audiba mihi tunc, medium intellecta, Ecclesiarũ dissidia. Cuiby quum hic paulatim omnia sic exacerbarentur ut in libertatem conscientiæ non facile me possem asserere, nõ inuito Senatu, Dominq; post septimum annum me transtuli Duisburgum Cliviæ. Illic quadriennio in Scholis abscondito, quum et Bremenses reuocarent: & illi sumptibus fruchi, non ægrè dimitterent, ad vetg hospitium -

relij. præsertim hac spe productus quod iam profligatis Dei manu Sophistis ministri sanctiores
bene auspicati essent ἐυταξίαν Euangelicæ puritati congruentem: decreuisseq; Senatq; ut hoc eadem
cum Deo in Scholis moliremur. Hic ego Bremæ quæ me antea multis beneficijs sium fecerat, tanquam alteri parenti, non potui deesse. Cæteruni ea spes ministros mox frustra habuit.
Dominus enim ingrata populi defectione accensus, omnes eorum conatq; irritos fecit. Ego multis magis malis tanquam fluctibq a Domino contusus, vel pertinacia mea, vel arumnis, sic moliuij Senatum et populum, ut in mea vocatione Scholastica non minore fruar doctrinæ consentiæq; libertate, quam vel isthic, vel Heidelbergæ sperare possem. Sed ea quam diu fruamur in Dei positum est manu, nonnunquam enim grauiter concutitur, interdum velut oppressa arumnis & terroribq. rursum emergit. Cuid igitur restat? nisi ut qua fama quaue infamia perficiam opus delegatum, nec si me vellicet totq mundq Cimicar moneduia quæ nidum sium deseruit) absterreri me patiar à tam necessaria vocatione. Quæ nisi me retineret (ut ante operam dicere) nihil esset mihi optabilisq, nihil magis in votis, quam cum viris doctisq et pijs, hoc est, cum tui similibq vel toto æuo consumi. D. L. Rhetius solebat me facere cortiorem si quid vel in Gallia vel in Brabantia accidisset quod mea scire interesset, mitor mihi audiri nunc prorsus, quasi sit conclamatum ita altissimum est uliqz conticimium. Deus extenta manu sua laxet claustra, leuet oppressiones extollat capita sororum et fratrum nostrorum. Amen. Vale dilecte Siluane cum pia uxore, cum Baltico nostro et Dn. Cornelio Rhetio. Ineunte vere si viuemus et volet Dominq, venietis huc ad hominem vestri studiosissimum, non mediocrem mihi consolationem allaturi. rursq vale. postrid. Calend. Februarij. Bremæ inter turbulenta negocia et querimonias Scholasticas. Amicq & fr.

Apti Libtris uere = Zgeramus.

Johannes Molang.
I. S. C. S.

Nr. 185) Ml. Corn. Rhetio Li. P. Emdæ. Pax Christi.

Quamuis sim varie dissentus dilecte frater Cornelj Rhetie. tamen ne quem meas ad Siluanum literas videris occimas mihi vulgari sermone protritum prouerbium. Nouos amicos p. ueis veterum
[= Mscr. a. 12; Nr. 195] ne obliuiscere. non potui committere ut videri possim parum tui memor fuisse. Scis mi Domine quod te in multis plurimum amauerim tum propter egregiam eruditionem tum propter communem studium pietatis. Itaq; non est futurum donec hunc Solem intuebor, ut meo erga te amori quidquam decedat. Meas miserias et meæ familiæ vulnera prig intelleximi quam ego. de tuis rebq qua ratione tum tua filiola isthic viuas, qua spe nitaris, quid exspectes valde cupiam ex te cognoscere. Slachmuldery huc nuper adduxit suam coniugem sed ea mihi non datum est frui. Venerat ad me sub horam 3. à meridie postridie quam sum urbem ingressi. ante quartam in Scholam retrectq sum. ad cœnam accessi hora sexta. In publico diuersorio ubi et alij comessabantur, qs potuit loq esse familiariter colloquendi? postridie mane ad eam recurri eam equi iungebantur. assedj eq apud fornacem, quærens sermonem, inde deduxi ad plaustrum blande alloquens, sed illa ne valedixit quidem. Credo eam vel meo stupore quem longa oppressio mihi attulit, vel aliqua dicendi libertate qua mihi talium amicorum rara interuentu solutu, solet erumpere. alienioremfactam esse. Si nihil est eiusmodi oportuit eam magna quapiam animi mœstitudine attonitam fuisse. Cuidquid causæ fuit, quum eiq pietatem multi mihi prædicauerint, auxit animum meum ~~non mediocriter~~ non mediocriter quod non datum sit paulo uberiq frui. Eiq maritq post geminum naufragium hortari cepit ad tertiam nauem comparandam. sed ego ita sum decrepitq fractusq ut meq pusillq ætq neqz hunc [illegible] queat depellere, neqz sese extollere. Adolescentes alo decem. ancillas duas. Et quidem adolescentibq facile prospicio ne quid desit, sed familia vectigal famulæ dissipant, quæ nobis diu parta sunt, paruo tempore subrepta feruntur. Sed parij facio. Scio me meaqz Domini esse, quæ seruare solicitq nequeo, æquq et patiens amitto. Video exempla tot piorum fratrum quos fortunis suis lapsos paupertas peregrè exagitat. domi fur exest Iberus. Benedictus Deq et Dominq noster Iesq Christq qui cogitatione rerum æternarum subinde me refocillat, & sui Spiritq gratia lapsantem meum animum sustentat. Prope adest mi frater quid illum præsente Deum et Saluatorem nostrum exempti doloribq intuebimur, illum perenne fontem bonorum æterna gratulatione celebrantes. Vale vir optime simul et mihi carissime. postrid. Calendas Februarij. I. S. C. S. Bremæ.

Johannes Molang.